



BOLETÍN ECLESIAÍSTICO  
DEL  
OBISPADO DE SALAMANCA

SUMARIO

- I. Exhortación á los fieles de la diócesis, en favor del templo de San Juan de Sahagún.—II. Resolución de la Sagrada Congregación del Concilio referente á la Prebenda penitenciaria de Salamanca.—III. Resoluciones de la Sagrada Congregación de Obispos y Regulares, relativas á la interpretación del decreto de la misma, fecha 17 de Diciembre de 1890.—IV. *Collatio moralis pro mense Junii*.—V. Ordenes últimamente conferidas á los diócesanos.—VI. Real orden comunicada por el Ministerio de Gracia y Justicia, que interesa á las Religiosas y á sus Capellanes.—VII. Hermandad de sufragios mútuos espirituales.—VIII. Asociación de sufragios temporales del Clero.—IX. Neología.

OBISPADO DE SALAMANCA

A NUESTROS AMADOS DIOCESANOS

Entre las grandes atenciones de nuestro ministerio, no descuidamos la que se refiere á perpetuar la gloria de nuestro angélico protector é insigne Patrono de la diócesis, San Juan de Sahagún, erigiéndole un templo, que, á la par que manifestación del sentimiento religioso

y de la veneración profunda que le tributan los salmantinos, sea centro de una numerosa feligresía, que espera ansiosa el momento de tener una iglesia bien situada en que llenar cumplidamente todos sus deberes para con Dios.

No se os ocultan, amadísimos diocesanos, las dificultades sin cuento con que hemos tropezado desde que iniciamos nuestro proyecto de levantar el nuevo templo de San Juan de Sahagún. Pero Dios nuestro Señor, en su providencia amorosísima, y escuchando las súplicas fervorosas que por mediación de nuestro bendito Patrono incesantemente le dirigimos, esperamos que vendrá en nuestra ayuda, y nos dará el ver colmados nuestros deseos, que son los de todos nuestros amados hijos, los hijos de esta nobilísima ciudad y obispado, cuando todos contemplemos y admiremos edificada la casa del Señor y en ella, colocado sobre altar de gloria, rindamos nuestros homenajes al Santo Pacificador de Salamanca.

Embargada de gozo nuestra alma, os vimos acudir, no há mucho, al acto de la colocación de la primera piedra; con religioso entusiasmo contemplásteis la solemne ceremonia, y, al terminarse ésta, prorrumpísteis en ardientes vivas á vuestro Patrono, venerándole entonces en el altar de cariño que vuestro pecho le consagraba, mientras llegaba la hora de hacerlo en el templo material que tratamos de edificar.

Recuerdos tan dulces, sentimientos tan cristianos difícilmente se borran de la memoria y desaparecen de un corazón fecundado con el rocío celestial de la fe y enardecido con las llamas del amor santo hacia Dios y sus privilegiados servidores.

Bien persuadidos estamos de lo solícitos que acudís


á escuchar la voz de vuestro Padre y Pastor; y confiando en esto, aunque, por otra parte, nos sea muy sensible tener que ocasionaros el más pequeño sacrificio, nos ha parecido muy oportuno, al acercarse la festividad del Patrono de la diócesis de Salamanca, hacer un llamamiento á vuestra nunca desmentida é inagotable caridad: ella será la ofrenda más grata que podráis ofrecerle. El modesto óbolo que cada cual dé, conforme á su posición, será con creces recompensado por el Santo, cuya iglesia se alzar  gallarda y hermosa, pregonando la fe de los salmantinos, y anunciando á las generaciones que nos sigan, el aprecio y agradecimiento que la religiosa tierra de Salamanca ha mostrado á la merced que Dios le otorgara, honr ndola con tan excelso Protector.

Rogamos, por tanto,   todos nuestros respetables se ores curas P rrocos y Ec nomos que el d a 12 de Junio pr ximo, festividad del Santo, hagan, al ofertorio de la misa, una colecta, cuyo producto se remitir    nuestra secretar a de C mara, al objeto indicado, para lo cual procurar n tener advertido al pueblo con anticipaci n.

Os bendice de todo coraz n vuestro Prelado, † en el nombre del Padre, † del Hijo † y del Espiritu Santo. Amen.

Salamanca, 29 de Mayo de 1891

† EL OBISPO DE SALAMANCA.



SALAMANTINA <sup>(1)</sup>

## Electionis

*Die 28 Februarii 1891.*

Sess. 24 cap. 8 De reform.

COMPENDIUM FACTI. Ex promotione canonici Bajo ad cantoratum, mense Martio anni 1888, vacante in Ecclesia Salamantina poenitentiaria prae-benda, Episcopus cum capitulo concursum de more indixit.

Verum in Hispania quoad poenitentiariae provisionem, regula viget per const. *Suprema* Gregorii XV inducta, quae substantialiter cohaeret dispositioni *cap. 8 sess. 24 De reform.* Conc. Tridentini, et haec praefinit: «Per Ordinarios locorum et capitula dictarum ecclesiarum..... per edictorum affixionem..... terminus 60 dierum assignari debeat: dictoque termino elapso, per Ordinarios et capitula in praesentia oppositorum ex aliquo libro sorte aperto unum punctum materiarum moralium tradi, et super eo..... singuli oppositores per integram horam..., publice legere, et duo alii per aliam horam argumentari.....—Quibus peractis ad canonicatus et prae-bendas poenitentiarias huiusmodi, illi dum-

---

(1) Aun cuando no sabemos que se haya recibido en este Obispado noticia oficial y directa acerca del asunto que á continuación se expresa, sin embargo, toda vez que algunas revistas y periódicos hayan hablado acerca del mismo en forma inexacta, nos resolvemos á publicar íntegro el estado de la cuestión y la resolución dada por la Sagrada Congregación del Concilio, tomándola de una fuente tan autorizada, como lo es la publicación titulada *Acta Sanctae Sedis*, (fasc. XI pro mense Aprili 1891, pág. 551 á 561).

taxat ex concurrentibus, qui peracto examine ceteris omnibus iudicio ipsorum Ordinarii et capituli magis habiles et idonei reperti fuerint, assumi et eligi..... teneantur.

»Singuli vero tempore electionis huiusmodi in quadragesimo anno et ultra constituti, atque in s. theologia vel iure canonico iuxta decretorum Conc. Trid. dispositionem graduati esse (debeant).....

»Si tamen inter ipsos concurrentes aliquem adesse contigerit, qui eruditionis et doctrinae aliorumque meritum praestantia ceteros omnes concurrentes, arbitrio eorundem Ordinarii et capituli longe antecellat, et aetatem 40 annorum non attingat, ille, non obstante aetate huiusmodi, dummodo tamen 30 anni maior sit, ad canonicatum et praebendam poenitentiarias huiusmodi, per Ordinarium et capitulum praedictos, si ita illis ex iustis et rationabilibus causis expedire videbitur, eligi debere et licite valeat.»

Itaque in themate indicto concursu, elapsoque legali temporis termino, sex concurrentes inventi sunt, qui, facto ex lege periculo, in sessione capitulari diei 28 Aprilis 1888 omnes approbati sunt.

«Verum, ait Episcopus, his peractis et approbatis unanimi capitularium consensu die 28 Aprilis, in eadem sessione capitulari quaestio exorta est, vel potius propositio deducta, necessarium scilicet esse ante electionem decernere suffragiis capitularium, utrum elegibiles essent an non, attentis meritis extraordinariis, ii oppositores (*concurrentes*) qui aetatem 40 annorum nondum complevisserent. Qui hanc praeviam quaestionem tuebantur, ultra contendebant in hac exclusionem unum tantum suffragium Episcopo competere, non quatuor, uti de iure est in hac Ecclesia, ratione concordati anni 1851,

attento capitularium numero. Hanc propositionem indubitanter in medium prolatam ad infirmandam legitimam actionem Episcopi, sanior capituli pars reiiciendam putavit, nec de ea deliberandum esse, in scio Episcopo.

Infrascriptus, re cognita, sessionem capitularem suspendit, et Metropolitanus, Episcoporum et capitulorum provinciae consilium exquisivit, qui omnes uno ore fassi sunt, non modo hanc praeviam quaestionem esse omnino inusitatam, sed non pauca adduxerunt exempla electorum, qui aetatem quadraginta annorum nondum attingerant, sicut electus fuit in hac ipsa ecclesia Salamantina immediatus praedecessor, concurrentibus oppositoribus quadraginta annorum. His responsionibus et rei natura innixus, infrascriptus capitulo rescripsit suadens servare consuetudinem tum huius ecclesiae, tum reliquarum provinciae. Praedicti capitulares sententiae Episcopi assentire videbantur in praxi, non quidem ex animo, ut palam ostenderunt. Episcopus vero ne electores in re tanti momenti dubia procederent conscientia, ad S. Sedem consultum ire eos invitatus est, quod renuentes illi, a propositione de necessitate praevia quaestionis discesserunt, et capitulares omnes incondionate et liberrime, ut fassi sunt, ad electionem cum Episcopo convolarunt.

Electio facta est die undecima Maii suffragiis omnino secretis et servata forma ad apices iuris. In primo et secundo scrutinio nemo oppositorum (*concurrentium*) maiorem suffragiorum partem adeptus est, in tertio vero ex 18 suffragiis 11 habuit Dr. Primitivus Vicente, 6 Dr. Prosperus Gonzales Tuñón de la Escosura, unum vero Dr. Antonius Gonzalez; unde *Dr. Primitivus Vicente* proclamatus est omnium eligentium quiescentia.

Imo ipse oppositores singillatim vocati coram Episcopo et capitulo, et interrogati utrum aliquid exponendum haberent circa electionem et actus praecedentes, omnes, etiam ipse Dr. Tuñón, aperto ore dixerunt nihil exprimendum habere nisi gratum animum erga Episcopum et capitulum ob exercitiorum approbationem, ut in capitularibus instrumentis constat.

»In sessione capitulari proxime subsequuta die 15 Maii Dr. Tuñón quamdam quarelam in scriptis ante capitulum induxit, eo quod sua fama, ut aiebat, detrimentum passa esset; in sessione vero habita die 27 Maii, in qua electus possessionem praebendae obtinuit, praevia canonica institutione et de nostro mandato, idem Dr. Tuñón per procuratorem et duos testes protestationem confecit, actum dicens contrarium legibus et iuri. In hac sessione, non obstante Episcopi mandato, desiderati sunt septem capitulares, iidem nempe qui quaestionem praeviam suscitaverant.

Rebus ita constitutis, D. Prosper Tuñón libellum obtulit nostro tribunali adversus capitulum et Praelatam ordinariam, et adversus poenitentiarium electum cum citatione promotoris fisci, actionem exercens reivindicatoriam canonicatus, ad quem potiori iure se gaudere praesumit, et nullitatem electionis evincere contendens. Facta quibus actor innititur haec sunt: 1. Aetas electi qui nondum quadraginta annos attingit, praetermissis quadragenariis. 2. Libertas eligentium quam cohibitam supponit *a)* ab Episcopo ex eo quod capitulum a quaestione praevia dissuaderet et *b)* praesentia custodum vulgo *Agentes de orden publico* circa aulam electionis ex parte exteriori tantum. 3. Vox publica seu illustrata opinio quam asserit sibi favisse prae ceteris oppositoribus.

Post haec Episcopus pluribus enarratis circa indolem tum utriusque concurrentis, tum advocati quem actor elegerat, ut suam causam penes Hispanica tribunalia defenderet, tunc denique septem capitularium, qui in hac quaestione actori favebant, ita prosequitur:

«Ex dictis patet quanti est momenti litem huiusmodi avellere ex hac curia et ad Vestram Sanctitatem recurrere, non quidem propter efficaciam argumentorum actoris, quae nulla est, ut breviter ostendam, sed propter scandalum oriturum ex rerum adiunctis.

»Et certe, quamvis electus aetatem quadraginta annorum non expleverit, cum, iudicio capituli et Ordinarii, magis idoneus sit inventus, nemo dubitare potest de electionis firmitate: nam similis quaestio, iam repetitis sententiis definita est, praecipue in una Ilerdensi à Romana Curia prolata anno 1739.

»Gratuita est assertio de cohibitione libertatis eligentium, ut pateferi potest ex instrumentis capitularibus; imo si aliquis vim inferre voluit, fuerunt quidem patrocinatores actoris qui nullum non moverunt lapidem ut opinionem indocti vulgus praevenirent et conflarent tum ante, tum post exercitia litteraria. Praeterea quamquam facta quae in libello referuntur admitterentur, nihil deduci posset adversus libertatem omnimodam eligentium. Unde miror quidem argumentum effingi de praesentia custodum ordinis publici, qui ad hoc tantum missi sunt, ut invigilarent ne ordo perturbaretur in claustris ecclesiae ubi discurrebat expectantium turba, nam adeo longissime abest quod metum eligentibus inicerent, ut ipsis capitularibus ignota fuerit haec circumstantia. Ridiculus timor!

»Quod additur de virorum doctorum sententia, refellitur ex dictis. Nonnulli sapientiam actoris extollere



conati sunt, quatenus eum intelligebant futurum esse adversarium Episcopi, et facili negotio turbulentæ cætervæ animos excitarunt. Haec fuit illustrata opinio, quam actor sibi faventem vendidat.

»Haec omnia perpendentes octo ex quindecim capitularibus qui sanio rem partem constituunt, vix dum citatio facta est, supplicem libellum subscripserunt efflagitantes ab Episcopo, ut nullo pacto pateretur, curiam episcopalem, cognoscere de hac causa, siquidem tum actor tum eius patrocinatores maximopere quaererent scandalum fidelium in depressione dignitatis Episcopi; sed ad S. Vestram recurreret solutionem casu de plano exostulans.

»Itaque, re adhuc integra, nondum enim lis est contestata, á Sanctitate Vestra, vehementer exoro ut hanc caussam ad Sedem Apostolicam avocare et eam per S. C. vel Concilii vel Episcoporum et Regularium absolvere dignetur, nisi magis placuerit, summariis receptis informationibus, silentium imponere actori.»

Relatis his litteris ad S. C. C. ex audientia SSmi diei 7 Iunii 1889 decretum latum est, *ponatur in folio*, et monitæ sunt de more partes: nunc vero causa agitur sub dubii formula in calce exscripta.

### Disceptatio Synoptica

DEFENSIO SAC. TUÑÓN. Qui partes agit sacerdotis Tuñón, praemissa Tridentina lege *cap. 8 sess. 24*, qua iubetur eligi poenitentiarium «qui magister sit.... et annorum 40, seu alius qui aptior pro loci qualitate reperiatur» et insuper mentione facta const. *Suprema Gregorii XV* quae explicat et confirmat pro Hispania *cit. cap.* Tridentini dispositionem, totus in eo est, ut os-

tendat clientem suum digniorem aptioremque inter omnes concurrentes fuisse, et idcirco ceteris praefendum. Quod in primis derivat ex attestazione secretarii capituli, qui affirmat Sac Tuñón, facto periculo et omnibus expletis, quae in litteris edictalibus statuta fuerunt, unanimi Capituli suffragio electum fuisse.

Ex quibus verbis patronus putat insuper constare, et nititur sustinere, in primo scrutinio clientem suum electum valide fuisse. Atqui «secundae electioni non est locus stante priore electione valida» iuxta Rotam *dec. 691 n. 13 cor. Malinos* cum communi. Ergo quaestio extemplo finita videretur.

At insuper patronus conqueritur, Episcopum litteris, itineribus, mediisque personis conatum esse canonicorum animum a Tuñón avertere, ceu sacerdotes Garcia, Prida ac professor Crespo uno veluti ore affirmant.

At quamvis studiose simul et iniuste, frustra tamen id tentatum est; nam, iuxta eundem patronum, maior capituli pars semper in favorem sac. Tuñón stetit. Sane, ait, idem Tuñón: «Capitulum constanter recognovit ius quod ad praebendam habebat Prosperus Gonzalez Tuñón de la Escosura. Ante electionem patet ita sensisse capitulum ex ipsamet oppositione et inqualificabili agendi ratione Episcopi, ut illud ab eligendo impediret: in secunda votatione octo capitulares ex quatuordecim, quibus coalescebat capitulum, suffragium emisissent in favorem D. Gonzalez Tuñón; et post electionem octo capitulares renuerunt assistere ad sessionem possessionis electi poenitentarii..... Et magis adhuc, statim ac cognitus fuit libellus, in quo Gonzalez Tuñón duplicem actionem exercebat, nullitatis nempe electionis poenitentarii, et reivindicatoriae melioris iuris ad dictam prae-

bendam, septem capitulares recurrerunt ad iudicem ecclesiasticum per scriptum.»

Quod si in tertio scrutinio maior canonicorum pars in Episcopi votum cessit, id, iuxta patronum, tribuendum est publicae securitatis custodibus, ad hunc effectum vocatis et ante sessionis aulam excubantibus. Porro quod metus causa gestum est ratum haberi non debet. Idcirco etsi maior capituli pars in tertio scrutinio suffragata dicatur sacerdoti Vicente; nihilominus propter adhibitam coactionem, ceteris etiam missis, irrita ac nulla dicenda esset electio.

Accedit sacerdotem Vicente 37 annos natum esse. Porro etsi Gregoriana constitutio, pro Hispania vigens, expresse permittat in poenitentiarium eligi qui infra quadragesimum aetatis annum existat; hac nihilominus conditione, dummodo scilicet hic «ceteros omnes concurrentes, arbitrio eorundem Ordinarii et capituli, longe antecellat.» A qui sac. Vicente praeter quod minor aetate est, ceteros non antecellit; quin imo usque ad tertium scrutinium vota sufficientia obtinere nequivit.

E contra vero sac. Tuñón unanime suffragium vel in primo scrutinio assequutus est, et plurimis commendatur meritis. Nam studiorum palestram honorifice emensus est, teste Emo. Archiepiscopo Toletano: anno 1884 in concursu ad Lectoralem canonicatum ecclesiae *de Badajoz* approbatus est: paulo post munus vicarii curati condigne suscepit: ac demum S. Theologiae magister in Toletano seminario creatus, intelligentia, zelo ac praecisione excelluit, prout cum Toletano Ordinario ipse seminarii rector alii que asseverant. Nec satis; nam ipse Salamantinus praesul tanti hunc virum fecit, ut paucos ante annos eum Vicarium generalem nuncupaverit, et aliquot menses habuerit. Quapropter non solum relate

ad sacerdotem Vicente, sed et ad ceteros omnes concurrentes dignissimum censendum esse Tuñón, putat orator, et idcirco absolute praeferendum praesertim in concursu alterius, aetate minoris.

DEFENSIO SAC. VICENTE. Favore Sac. Vicente praeprimis perpensum fuit, superius pro Sac. Tuñón adducta parvi facienda esse si cum illis conferantur, quae salamantinus Episcopus ad rem enarravit, quaeque ab initio ob oculos posita fuerunt. Relate vero ad illud quod quasi achilleum argumentorum á sac. Tuñón prolatum fuit, nimirum eum in primo scrutinio unanime capituli suffragium obtinuisse, unde eius patronus concludit, eum fuisse valide atque exclusive electum; adnotatum fuit, documentum ad quod patronus provocat, unde suam argumentationem adstruit, confectum fuisse a secretario capituli, uno scilicet ex iis qui partes sac. Tuñón tuentur, quod non inutile dictu erit, et ita sonat: «Ego etc. testor Sac. Gonzalez Tuñón peracto concursu et omnibus explitis, quae in litteris edictalibus constituta fuerunt, unanimi suffragio electum fuisse, quandoquidem sua suffragia in primo scrutinio, octo in secundo, sex tandem in tertio obtinuit.» Iamvero, misso quod huiusmodi documentum claritate non nitet, nec forte sine causa, nihilominus res non ita involuta videtur, ut intelligi non possit, unanimitatem suffragiorum, de qua ibi est sermo, spectare ad examen, quatenus scilicet Tuñón idoneus quoad scientia unanimiter est renunciatus, sicut et alii quinque concurrentes idonei universi sunt renunciati. At vero, si ita intelligi verba debeant, res toto coelo diversa est ab ea quam patronus tuetur; siquidem duplex est, ut ita dicam, electionis gradus: primus respicit inclusionem seu approbationem concurrentium quad scientiam et requisita, alter vero electionem

seu selectionem inter plures approbatos. Porro sac. Tuñón inclusus quidem dicitur, seu approbatus unanimi suffragio; at deinceps selectus non est. Primum obtinuit die 28 Aprilis, aliud vero in comitiis diei 11 Maii. Tota itaque speciosa argumentatio a patrono sacerdotis Tuñón constructa suomet pondere ruit; nam approbatio toto coelo differt ab electione, nec ius ad praebendam determinate dat.

Quod autem unanime suffragium favore sac. Tuñón datum non excesserit approbationem quoad scientiam seu inclusionem, atque ita reapse intelligenda sint obiecta secretarii verba, constat ex Ordinarii attestatione, cui quantum semper sit deferendum neminem latet, ac iterum iterumque memorat Benedictus XIV in celebri sua const. *Cum illud*: et confirmatum non solum ex his quae fuse enarrat sac. Primitivus Vicente, sed potissimum ex hac attestatione quam sex capitulares Episcopo ex corde adhaerentes suo nomine signarunt, et ita est:

» 1. Cum septem capitulares qui partes actoris agere videntur seorsim fuerint citati, infrascripti aequum et prudens censuerunt, non capitulariter, sed tantum collective, praesens scriptum producere, ne praedicti qui suum sensum, ut supponitur, ad S. Congregationem prodierunt, illum etiam afferant ad capituli consultum.

» 2. Unus quisque infrascriptorum suffragium emisit in praedicta electione prae oculis habens Gregorianam Constitutionem, iuxta conscientiae normam, nullo quidem ducti humano affectu, sed solummodo iustitiae et et ecclesiae utilitati consulentes.

» 3. Neminem eligentium nec eligendorum conqueri posse de coactione a praelato exercita, sine gravi calumnia: locus enim et forma electionis, quos nostri maio-

res tradiderunt, suffragii libertatem quam maxime communiunt; iam vero, electionis forma ad apices iuris servata est.

» 4. Poenitentiarius electus sexdecim mensium spatio ab adepta possessione, dignissime et omnium plausuum gessit munus, animarum zelo doctrinâ et prudentiâ affulgens, quod maxime probatur ex eo quod in solemnitate habita in hac ecclesia, occasione centenarii unitatis catholicae, concio, que attentis rerum adiunctis, singularem praerequirebat et doctrinam et prudentiam, de communi capitularium consensu, eidem commendata est. »

His perpensis propositum fuit enodandum sequens

### Dubium

*An electio sac. Primitivi Vicente in canonicum poenitentiarium sustineatur in casu.*

RESOLUTIO. S. Congregatio Concilii omnibus maturo examini subiectis, die 28 Februarii 1891 prosito dubio respondere censuit: *Affirmative, seu sustineri.*

EX QUIBUS COLLIGES I. In praebendae poenitentiariae provisione in Hispania Constit. Gregorii XV—*Suprema*—vigere, vi cuius per Ordinarios locorum et Capitula ecclesiarum per edictorum affixionem terminus 60 dierum assignari debeat.

II. Huiusmodi termino elapso, per Ordinarios et Capitula in praesentia opositorum, ex aliquo libro forte aperto, unum punctum materiarum moralium tradi, et super eo singulos opositores per integram horam publicè legere et duos alios per talem horam argumentari debere.

III. Quibus peractis ad praebendas poenitentiaras

illos dumtaxat assumi et eligi, qui ceteris omnibus, iudicio ipsorum Ordinarii et Capituli, magis habiles et idonei reperti fuerint.

IV. Singulos vero tempore electionis in quadragesimo anno et ultra constitutos, atque in s. Theologia vel iure canonico, iuxta decretum Conc. Trid. graduatus esse debere.

V. Nihilominus eligi debere et licite posse illum ex concurrentibus, qui eruditionis et doctrinae aliorumque meritorum praestantiâ ceteros omnes, arbitrio eorumdem Ordinarii et Capituli, longe antecellat, etsi aetatem 40 annorum non attingat; dummodo tamen 30 annis maior sit, si ita illis ex iustis et rationabilibus causis expedire videbitur.

VI. Neque, ex consuetudine in Hispania inducta, esse necessarium ante electionem suffragiis capitularium discernere, utrum elegibiles sint an non, attentis meritis extraordinariis, si concurrentes, qui aetatem 40 annorum nondum complevisserint.

VII. In casu electio Sac. Vicente confirmata fuisse videtur, quia retentum fuit ipsum eruditionis et doctrinae aliorumque meritorum praestantiâ ceteros omnes concurrentes longe superasse.

---

## CONGREGACIÓN DE OBISPOS Y REGULARES

---

La Sagrada Congregación de Eminentísimos y Reverendísimos Cardenales de la Santa Iglesia Romana puesta al frente de los negocios y consultas de Obispos y Regulares, examinadas las presentes dudas:

## I

«Si el decreto que comienza: *Quemadmodum*, del 17 de Diciembre de 1890 (1), comprende también á las Hijas de la Caridad fundadas por San Vicente de Paul?

## II

Si el mismo decreto, además de los Institutos de mujeres, comprende solamente á las Congregaciones de hombres de naturaleza laical, como los Hermanos de las Escuelas Cristianas: ó se refiere también á las Congregaciones eclesiásticas, como los Salesianos, fundados por D. Bosco; los Rosminianos, los Lazaristas y otros semejantes, en los cuales, además de los sacerdotes, hay muchos hermanos legos?

*Juzgó oportuno resolver y resolvió lo siguiente:*

## CENSUIT RESCRIBENDUM PROUT RESCRIPSIT

## AD PRIMUM

Affirmative juxta modum; modus est: «Attenta peculiari Puellarum Charitatis institutione, attentisque Pontificiis declarationibus ac privilegiis indultis, praesertim a S. M. Pio VII et Leone XII, confirmatis a Sanctissimo D. N. Leone PP. XIII, die 25 junii 1882, publicationem et vigilantiam super exequutione praefati Decreti quoad dietas Puellas spectare ad superiorem generalem pro tempore Congregationis Presbyterum Missionis, sive per se, sive per ejusdem Congregationis Visitatores, salva tamen Delegatione apostolica

---

(1) A su debido tiempo se dió conocimiento de él en esta diócesis á las religiosas, á las que principalmente interesa.



»Ordinarium locorum in casu negligentiae Superiorum  
»Congregationis Missionis.»

#### AD SECUNDUM

Affirmative ad primam partem. Negative ad secundam.

Et facta de praemissis relatione SSmo. D. N. Leonis PP. XIII in audientia habita a M. Cardinali Praefecto, die 12 aprilis 1891, Sanctitas Sua resolutiones S. Congregationis approbavit et confirmavit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem S. Congregationis Episcoporum et Regularium, die 15 aprilis 1891.  
—J. CARDENALIS VERGA, *Praefectus*.—† FR. ALOISIUS, Epis. Callinicen.—*Secr.*

---

## COLLATIO MORALIS PRO MENSE JUNII

---

### QUÆSTIO DOCTRINALIS

¿Utrum excommunicato liceat communicare in pure corporalibus? D. Th. Suppl. q. XXIII a. 1.

### CASUS CONSTIENTIÆ

Deambulando Cajus, recreationis causa, parochianum sum Leonem in itinere jam jam moriturum invenit. Parum quidem pie vixerat Leo, nec Paschale præceptum á tribus vel pluribus annis adimpleverat; et cum in præsentiarum nullum in eo inveniret doloris signum ut pote sensibus destituto, imo in manibus habente ephemeridem ab Ordinario damnatam, dubitat an et quomodo eum possit et debeat absolvi: sid interim, oculorum obtutum et suspirium moribundus emissit, quibus nixus

Cajus eum absolute absolvit. Vocatus postea ad domum Canuti ægroti pariclitantis (librepensador) eum adpræcatur ut ad meliorem frugen se convertat, sed inutiliter; repulit sacerdotem prout antea cum aliis fecerat, dicendo: «nolo Sacramenta Ecclesiæ recipere, nec á meo proposito recedere, relinquite me;» quo in momento sensus perdidit, nec ullum doloris signum jam dedit. Quare Cajus, etsi ægrotum non dereliquit usquedum espiravit, eum minime neque condicionate absolvit.

Quæritur. 1.<sup>um</sup> ¿Quænam sit agendi ratio Confessarii cum moribundis?

2.<sup>um</sup> ¿Quomodo securius et copiosius eos juvare potest?

3.<sup>um</sup> ¿Quid de Confessario in casu?

---

## ÓRDENES

---

En ausencia del Excmo. Prelado de la diócesis, las confirió el Excmo. Sr. Obispo de Ciudad-Rodrigo en las témporas de la Sma. Trinidad del año actual á los señores siguientes, alumnos del Seminario central de Salamanca.

*El Presbiterado:* á D. José María de la Rosa, don José Manuel Bartolomé, D. Pedro Caballo Blázquez y don Casimiro Frades Villanueva, diocesanos; D. Cristino Morrondo y D. José Francisco Garcíarena, extra-diocesanos. *El Diaconado:* á D. Angel Rodríguez García, don Antonio Sánchez Casanueva, D. Aureliano Sevillaño y D. Pedro Rodríguez, diocesanos; *El Subdiaconado:* á D. Miguel Vicente Santiago, D. Leopoldo González Polo, D. Inocencio de Dios González, D. José Santos Martín, D. José Manuel Carabias, D. Perfecto Gonzá-

lez, D. Santiago Cebrián, D. Juan Manuel Hernández, don Eugenio Almaraz Santos y D. Miguel Pérez Patón, diocesanos; *Órdenes menores*: á D. Leopoldo González y D. Perfecto González. *Menores y Tonsura*: á D. José Manuel Carabias, D. Juan Manuel Hernández, D. Emilio González García y D. Luís de Arcos y Segovia.

---

## MINISTERIO DE GRACIA Y JUSTICIA

---

### Sección 3.<sup>a</sup>—Negociado 2.<sup>o</sup>

ILMO. SR.: La ley de 17 de Junio de 1870 en su artículo 35 dispuso que á contar de la fecha en que empezara á regir, sólo podrian probarse con certificaciones del Registro civil los actos concernientes al estado de las personas, dejando de tener valor de documentos públicos las partidas del Registro eclesiástico relativas á los mismos actos. Al efecto, el art. 75 de dicha ley determina que ningún cadáver pueda ser enterrado sin que se llenen ciertas formalidades, entre ellas la de la inscripción en el Registro civil y la licencia correspondiente, expedida por el Juez municipal.

Esto no obstante, vienen justificándose las bajas de las religiosas que mueren en clausura con certificaciones autorizadas por los Capellanes y Prioras de los conventos, y se alega como razón para no hacerse la inscripción en el Registro civil, el que dichas religiosas son enterradas en las tumbas de sus monasterios. Pero como esto no puede ser obstáculo para cumplir con la ley, puesto que la designación del lugar del enterramiento no incumbe á los encargados del Registro, de aquí el que no deban considerarse exceptuados del precepto general los sepelios verificados dentro de los con-

ventos. Teniendo esto en consideración, S. M. el Rey (que Dios guarde), y en su nombre la Reina Regente del Reino, se ha servido disponer se diga á V. I. tenga á bien advertir á los Capellanes y Prioras de los conventos de esa diócesis, la obligación en que se encuentran de cumplir con lo mandado en la referida ley de 17 de Junio de 1870, así como de la responsabilidad en que incurren separándose de ella.

De Real orden, comunicada por el Sr. Ministro de Gracia y Justicia, lo digo á V. I. para su conocimiento y efectos consiguientes. Dios guarde á V. I. muchos años. Madrid 13 de Mayo de 1891.—El Subsecretario, *Conde*.—Sr. Obispo de Salamanca.

---

## HERMANDAD DE SUFRAGIOS MUTUOS ESPIRITUALES

El día 1.º de Junio ha ingresado en la Hermandad el Presbítero D. Jesús Morato Valencia, residente en Ciudad Rodrigo.

---

## ASOCIACIÓN DE SUFRAGIOS TEMPORALES DEL CLERO

Previa la venia de la Junta, ha sido admitido en la Asociación el presbítero D. Angel Hernández Montes, párroco de Zarza de Pumareda.

---

## NECROLOGÍA

El día 21 de Mayo último ha fallecido el Presbítero don Gregorio Gutiérrez Pedrosa, Beneficiado de la Santa Basílica Catedral y Mayordomo del Palacio Episcopal.—R. I. P.

---

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, á cargo de L. Rodríguez.